



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia Scholastica

Mayr, Anton

MDCCXXXII

Approbatio Facultatis Theologicæ Ingolstadiensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84303](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84303)

FACULTAS
R. P. PROVINCIALIS
CUM
PRIVILEGIO CÆSAREO.



*E*go Magnus Amman Societatis JESU, per Superiorem Germaniam Præpositus Provincialis, facta mihi ab Admodum Reverendo Patre Nostro Francisco Rez, Societatis Universalis Præposito Generali, Theologiam Scholasticam à P. Antonio Mayr, Societatis nostræ Sacerdote, SS. Theologiæ Doctore, & Professore emerito, conscriptam, à Deputatis ejusdem Societatis Patribus lectam, probatamque, typis in lucem edi permitto, & Domino Joanni Andrea de la Haye Bibliopola Academico Ingolstadiensi jus concedo, usurpandi Privilegii Cæsarei, quo Typographis, ac Bibliopolis omnibus, adimitur copia, vulgatos à Societatis JESU Patribus libros, absque Superiorum, Authorumque consensu, in eadem, vel diversa lingua excudendi, vel intra Sacri Romani Imperii, & Provinciarum S. C. Majestati hereditario jure subjectarum, fines importandi. Facultatem hanc, de una tantum impressione intellectam, manu mea, & solito officii sigillo firmavi. Romæ 10. Februarii 1731.



MAGNUS AMMAN
Soc. JESU.

APPROBATIO
FACULTATIS THEOLOGICÆ
INGOLSTADIENSIS.

Opus hoc Theologicum, Tractatus omnes, in Scholis nostris Theologicis explicari solitos, non minus clarissima brevitate, quam mirâ soliditate complectens, à pluribus SS. Theologiæ Doctoribus accuratè lectum, & approbatum, non modò in morum, ac fidei Orthodoxæ regulas offendit nuspiam, sed ob doctrinam insuper abundantissimam, ac fundatissimam, cum claritate perspicua, & eruditione amplissimâ conjunctam, omnino dignissimum est, ut ad insigne literati orbis emolumentum simul, ac ornamentum, in lucem publicam prodeat. Ita censeo

FRANCISCUS HALDEN S. J.
SS. Theol. Doct. ejusque Profess. Ordinarius, p. t. Sacræ Facult. Decanus.